



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 40. Urbs Mediolanensis restauratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

traxerit, & Communioni Melchitarum reddiderit. Quare Patriarcha Alexandri- nus in quodam Concilio Episcoporum, Sectæ suæ addictorum, Marcum Presbyterum excommunicavit, & Michael quoque Patriarcha Jacobita Antiochenus in Concilio sexaginta Episcoporum eum a suæ Ecclesiæ communionem exclusit. Ceterum Marcus Zaræ filius, Sedem Alexandrinam annos prope viginti tres obtinuit.

Sæcul. XII.
A. C. 1167.

§. XL.

Urbs Mediolanensis restauratur.

In Italia, dum Fridericus Imperator Anconam obsidet, Longobardiæ Urbes, cum Præfectorum Cæsareorum fastum & crudelitatem ferre non possent, ad deliberandum per Legatos suos conveniunt; qua potissimum ratione vim omnem repellerent, salva Imperatori debita fide, quam se his fœderibus nequam frangere jactabant. In illo autem Conventu diem præstituerunt, qua omnium civitatum Incolæ Mediolanum irent, & in ea veteres colonos restituerent; nempe Mediolanensibus tamdiu præsidio essent, quoad valla reparassent, tuto ibi degere, & suis se viribus tueri possent. Tum statuta strenue exsecuti sunt, & Mediolanenses inter summæ lætitiæ signa urbem suam die Jovis vigesima

Acerb. mor.
p. 842.

Sæcul. XII. gesima septima Aprilis anno millesimo
 A C. 1167. centesimo sexagesimo septimo intrantes
 dirutos muros extruere cœperunt.

vit. S. Gald.

18. April.

Boll. to. 10.

p. 594.

Cum anno millesimo centesimo sexagesimo secundo Mediolanum excideretur, Hubertus Pirovanensis, Archiepiscopus, ad Alexandrum Papam se recepit, quem secutus in Franciam, & cum eodem in Italiam reversus, ex hac vita evocatus est Beneventi, vigesima octava Martii anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, postquam annis viginti Ecclesiam Mediolanensem rexisset. Defuncto successit Galdinus Cardinalis, ex nobili familia *Vavasseurs de Sale* ortus, qui Sacris literis instructus & inter Clericos Majoris Ecclesie educatus, Archidiaconi munere deinde sub Ribaldo Archiepiscopo & Huberto ejus Successore functus est. Is Huberto semper addictissimus, etiam in exilium migranti adhaesit; unde Alexandro Papae viri dotes explorare licuit. Ubi in Italiam redierant, Alexander Papa Galdinum, consentiente Archiepiscopo, Beneventi commorante, Romam ad se vocatum, mense Decembri, anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, Presbyterum Cardinalem Tituli S. Sabinæ creavit. Huberto deinde factis functo cum Clerici Mediolanenses in diversa sparsi Archiepiscopum eligere non possent, Papa Algiso Thesauri Præfecto,

ex

ex Familia Pirovanensium, Cardinale Sæcul. XII.
 Galdino, aliisque quotquot poterat, ac A. C. 1167.
 citis, iisdem rogantibus, Galdinum,
 octava Maji, anno millesimo centesimo
 sexagesimo sexto, Dominica secunda
 post Pascha, Archiepiscopum Medio-
 lanensem ordinavit. Is Sedem hanc an-
 nis decem nec plus nec minus tenuit.
 Postquam vero comperit patriam suam
 e cineribus resurgere, quod ferventissi-
 mis precibus a Deo postulaverat, itineri
 se accinxit, cum potestate Legati Sacræ
 Sedis rediturus. Utque Cæsareorum
 insidias effugeret, habitum Peregrino-
 rum indutus itinere maritimo Venetias
 pervenit, unde Longobardiam ingressus,
 vestem & Episcopi Insignia resumit.
 Haud procul Mediolano constitutum om-
 nes cives Clericique, obviam proce-
 dentes, & ingentem profitentes lætiti-
 am, quinta Septembris anno millesimo cen-
 tesimo sexagesimo septimo exceperunt.

§. XLI.

Fridericus Imperator Romæ ad portas.

Inter hæc in alia Italiæ parte Romano-
 rum quadraginta millia, vigesima Att. ap. Ba-
 septima Maji, eodem anno in Vigilia ron.
 Pentecostes, in Tusculanam Civitatem, an. 1167.
 Friderici Imperatoris partibus faventem, vid. Pagi.
 erumpunt. Quod ubi Christianus Archi- cod. Chron.
 episcopus electus Moguntinus Schis- gr. Sax. cod.
 maticus